

No. 1040. [1458.¹]

B. Caspar erklärt, dass er den apostol. Nuntius Marinus de Fregeno wegen verschiedener Ungebührnisse in Chemnitz gefangen gesetzt habe und in Gefangenschaft halten werde, bis durch seinen Gesandten der Pabst von der Sachlage Kenntniss erhalten und Entschliessung gefasst habe.

Coram te notario publico et testibus hic praesentibus protestamur nos Caspar dei gratia episcopus Misnensis publice et expresse intentionis nostrae non fuisse, aliquam iniuriam sedi apostolicae facere cum arrestatione illa, qua dominus Marinus de Fregeno²) nuntius sedis apostolicae et collector auctoritate nostra in castro Kempnicensi arrestatus est ob scandala varia per eum exorta, cum scimus poenas illorum, qui sanctae Romanae ecclesiae nuntios ausi fuerint capere aut aliquid temere agere contra eosdem. Sed ne maiora scandala duriora prioribus tam in clero quam in populo oriantur, eundem ad honorem et gloriam sedis apostolicae in custodiam nostram qui sumus loci illius ordinarius recepimus sine omni temeritate tenebimusque eundem reverenter quoad singula sub cura nostra, donec et quousque Romanus pontifex super his et omnibus contra eum propositis consulatur, pro quo etiam nunc de praesenti ambasiatorem nostrum ad curiam mittimus, qui singula ad audientiam sanctissimi domini nostri delaturus est, cuius sanctitas curam habet gerere atque tutelam omnium episcoporum. In hoc enim non nostram utilitatem quaerimus, sed ne clerus diocesis nostrae periclitetur, de quo protestamur expresse etc.

Nach Abschriften bei Grundmann, Cod. dipl. ep. Misn. Suppl. I. 37 im K. Haupt-Staatsarchiv und Adeling, Meissn. Urkk. II. 303 in der K. öffentl. Bibl. zu Dresden.

Richter Chronica d. St. Chemnitz I. S. 92.

1) Da Marinus de Fregeno nach einem von Leipzig datirten Schreiben des Kurf. Friedrich II. vom 14. März 1458 damals in Sachsen sich aufhielt (Palacky urk. Beitr. z. Gesch. Böhmens [Fontes rer. Austr. 2. Abth. XX.] S. 137), am 23. März in Leipzig (ebend.), am 7. Apr. in Zwickau war (Höfler böhm. Studien im Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XII. S. 351 f.), ist wahrscheinlich dessen Gefangensetzung in Chemnitz bald nachher in demselben Jahre erfolgt. Von der päbstl. Curie restituirt ging er dann, um angeblich Geld zum Kriege gegen die Türken zu sammeln, nach dem nordöstl. Deutschland, von da nach Dänemark und Schweden (über seine dortigen Abenteuer vgl. Meursii hist. Dan. p. 613), wurde später durch Provision des P. Calixtus IV. 1480 Bischof zu Cammin und starb wegen unwürdigen Benehmens von da verjagt 1486 in Rom (Ludewig Scr. rer. Germ. II. p. 614). 2) Treno Adeling, Tregeno Richter, Tregencio Grundmann.

No. 1041. 1458. 24. Nov.

P. Pius II. befiehlt dem Domprobst zu Merseburg Veranstaltung zu treffen, dass der Cleriker Naumburger Diöces Theodericus Stede ein oder zwei geistliche Beneficien mit einem Einkommen bis zu 18 Mark in der Meissner Diöces alsbald erlange.

Pius episcopus — dilecto filio praeposito ecclesiae Mersseburgensis salutem etc. Dignum arbitramur et congruum etc. Hinc est quod nos dilectum filium Theodericum Stede clericum Numburgensis diocesis apud nos de vitae ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu gratioso favore prosequi volentes discretionis tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus si per diligentem examinationem eundem Theodericum ad hoc idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, unum vel duo beneficium seu beneficia ecclesiasti-